Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1137

Quelle:
Copyright:

unus Deus et non tres Dii. Utrum Pater et Filius et Spiritus ſ. de diuinitate ſubſtantialiter praedicentur. An omne, quod eſt, bonum ſit. De duabus Naturis et una Perſona Chriſti. Ultimum hoc in Edit. *Opp. Boethii, Baſil.* 1546. f. reliqua praecedit p. 948. Ceterum Textus utrinque probe conſpirat.

II. *fol.* 6. ſuccedit *Liber de trinitate quem edidit ricardus de ſancto uictore.* Sex re ipſa Libri ſunt praevio Prologo, qui incipit: *Juſtus meus ex fide uiuit. Apoſtolica ſententia ſimul et prophetica* &c. Singulis Libris praefixa ſunt *Capitum Summaria*, eadem prorſus, quae in Edit. *Opp.* Noſtri *Colon.* 1621. 4. a p. 339. per *Capita* ſingula diſtribuuntur. Exemplum integrum eſt, caſtigate ſcriptum. Ad L. V. *Caput* 14. manu ejusdem aevi margini adjectum eſt ratiocinium de *Geometrica* et *Arithmetica Medietate*, quam eo in capite *Richardus* ad explicandam in Divinis proceſſionem adhibuerat.

III. *fol.* 23. p. 2. praemiſſo longo e L. I. *Retractat.* c. 9. loco *Incipit primus liber de libero arbitrio in quo inquirit Auguſtinus vnde ſit malum.* Ita et II. et III. absque ulla ſubdiviſione, vel indicatione Colloquentium. Initium: *Dic mihi queſo te. vtrum deus non ſit auctor mali* &c. Lectio collata cum *Mauriana* T. I. *Opp. Aug. Pariſ.* 1689. *col.* 569. f. proba eſt, ſed id non uni manui debet, quae multis locis partim correxit, partim ſubplevit. Id quod etiam de ſequentibus S. Patris Operibus dictum velim.

IV. *fol.* 40. iterum praemiſſa *Retract.* e L. I. c. 4. *Incipit primus liber ſoliloquiorum aurelii auguſtini.* Ita: *Voluenti mihi multa et varia mecum* &c. Sequitur L. II. ut T. *cit. col.* 553.

V. *fol.* 46. cum *Retract.* L. I. c. 13. *Incipit liber ſancti auguſtini epiſcopi de vera religione.* Ita: *Cum omnis uite bone et beate uia* &c. ut T. *cit. col.* 747. Eodem cum praecedentibus habitu.

VI. *fol.* 56. praevia *Retract.* L. II. c. 3. *Incipit liber ſancti auguſtini de agone chriſtiano.* Ita: *Corona victorie non promittitur niſi certantibus* &c. ut Edit. *cit.* T. VI. *col.* 245.

VII. *fol.* 59. *liber auguſtini aduerſus manicheos contra epiſtolam fundamenti.* Ipſius nempe *Manichaei.* Init: *Unum verum deum omnipotentem. ex quo omnia* &c. ut Edit. *cit.* T. VIII. *col.* 151. Praeit et hic *Retractatio* e L. II. c. 2.

VIII. *fol.* 65. poſt locum *Retract.* L. I. c. 22. absque inſcriptione ſequitur Ejusdem *Liber contra Adimantum Manichaei diſcipulum* hoc initio: *De eo quod ſcriptum eſt. In principio* &c. ut T. mox *cit. col.* 111. Primum ex hactenus enumeratis Opuſculis, quod in *Capita* XXVII. diviſum eſt.

IX. *fol.* 73. p. 2. *Incipit liber auguſtini de quantitate Animæ.* Omiſſa *Retractatio.* Initium: *Quoniam video te habundare ocio* &c. ut Edit. *cit.* T. I. *col.* 401.

X. *fol.* 82. p. 2. *Incipit liber Aurelii Auguſtini yponenſis epiſcopi de LXXXV. queſtionibus ante*